



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologia Christiana

Heripoli, 1694

Sæculum XVII. Ab Anno 1600. ad 1694.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65495](#)

AB ANNO 1600 AD 1694

329



SÆCULUM XVII.

AB ANNO 1600. ad 1694.

S. I. Romani Pontifices.

CCXXXVI. LEO XI. Medicæus

Cardin. Florentin: elect: 1605. de illo Qualterius. Factum est, vel peccatorum nostrorum indignitate, vel meritorum ejus cumulo id exigente, ut Ecclesia non licuerit eo diu perfrui. Obiit enim primo mense Pontificatus sui. 27 April. cum magno Ecclesiæ gemitu. Cum illius industria confecta pax esset A. 1598. inter Henricum IV. Galliæ & Philippum II. Hisp. Regem. PROPHET: MALACH: *Vir Undosus.* Fortè alludit ad vitam brevem in Pontificatu, & morbum Paralysin quâ extintus est.

CCXXXVII. PAULUS V. Italus Camillus Burgesius dictus; elect. A. 1605 Nomine & zelo S. Pauli imitator fuit. Sub ipso Chomai Nestoriani in India cum Georgio suo Archidiacono: Pa-
phla-

330

SE C U L U M XVII

phlagones in Græcia cum Gabriele E.
pisc. Gangrensi A. 1615. Idem Rex Vo-
xunensis in Japoniâ, missis legatis An.
1615: Persianus Imperat: *Xa Alba* per
RR. PP. Ord. S. Augustini: Rex Congi
in Africâ: & per PP. Societ: Peruani, Pa-
raquarienses, Mexicani, Malabaricen-
ses, Chinenses, Romanæ Ecclesiæ, &
Christi in terris Vicario, per legatos
suos se submiserunt. Obiit A. 1621. d.

28. Jan. PROPH: MALACH: *Gens perversa*; haec tenus nondum explicatum, nisi
quis dicere velit quod gens Bohemo-
rum perversa rebellârit sub ipso con-
tra Ecclesiam, ut aliqui explicant.

CCXXXVIII. GREGORIUS XV.
Bononiensis, dictus *Alexander de Lu-
dovisiis*, elect. 1621. Summo studio in
promovendo cultu Deiparæ, & SS. e-
nituit. Sanctis Ignatio, Xaverio, Philip-
po Neri, Isidoro, Theresia publico ri-
tu Canonizationis solenniter declara-
tis, eisdem associandus in cœlis, obiit
A. 1622. d. 12. Martij. PROPH: MALACH:
In tribulatione Pacis. Legatus fuit Pan-
ch V. ante Pontificatum ad Sabaudia
Ducem

AB ANNO 1600. AD 1694. 331

Ducem & Hispaniarum Regem, quos
inter Pacem constituit, & de tribula-
tione magna Sabaudos liberavit.

CCXXXIX. URBANUS VIII. Flo-
rentinus è *Familia Barberinorum*: Car-
din. S. Onuph: Ele^t: An. 1623. pro-
pter eloquentiam & poësin, quâ ex-
celluit *Apis Attica* di^tus: humilitatem
suam, & gloriæ divinæ zelum osten-
dit, quando in Collegio 54. Cardina-
lium omnium votis, (exceptis 4.) e-
lectus, in medio conclavi, genibus fle-
xis, & elatis oculis, veluti cum DEO
pa^titurus dixit: *Domine si hac electio non*
est ad gloriam tuam, aut è bono Ecclesie,
aut salute meâ, prîm^s hinc efferar è conclau-
si mortuus quam vivus. Obiit A. 1644.
die 29. Julij. PROPH: MALACH: *Lilium &*
Rosa. Florentinus erat, Florentiæ au-
tem Insigne est lily. *Urbani* Insigne
apes rorilegæ in rosis. Sub ipso etiam
Gallia per *Lilium*, & *Anglia* per *Rosam*
significata, ardentissimo bello exarce-
runt, Anglis Calvinistarum Se^tam in
Gallia promovere volentibus.

CCXXXX. INNOCENTIUS X.

P 2 Ro-

Romanus, dictus antea *Joannes Bapt. Pamphilus*: 57 Votis Cardinalium electus An. 1644. Præter alias virtutes prædicatur singulariter *Innocentij* frugalitas: Jussit enim, ne quotidiani sumptus pro Pontificiâ mensâ faciendi, tres Julios (ad computum nostræ monetæ in Germania, 30. Crucigeros) excederent. Cætera pro augendâ Dei Gloriâ, & Salute animarum liberalissimus. Perculso Janseniano dogmate obiit An. 1655. die 7. Januar. PROPH: MALACH: *Iucunditas Crucis*. Explicatur per hoc, quod sub ipso post Cruces & afflictiones magnas, iucunditas Pacis Monasteriensis orta sit.

CCXLI. ALEXANDER VII. Sienensis *Fabius Chisini* antea dictus, elect. An. 1655. die 7. April. Ut seipsum in summo honore, humiliter deprimerebat, continuum mortis memoriam excitavit, Sarcophago, ex plumbō confecto, & calvariâ in dormitorio suo servatis, à primo tempore Pontificatus sui, quem ea curâ rexit, quasi quotidie moriturus, & Deo rationem redditurus esset.

Pru-

Prudentiâ & animi moderatione in
tractatibus monasteriensibus, ac Pa-
tientia in adversis, & maximè in cal-
culi doloribus summè probatus, & æ-
stimatus obiit An. 1667. die 21. Maij.
PROPH: MALACH: *Montium Custos.* In-
signia ejus seni *montes*, Aquila, Quer-
cus, & Stella desuper.

CCXXXII. CLEMENS IX. Pi-
stoiensis, antea *Julius Rospigliosi* elec:
A. 1667. die 20. Jun. Tum ipse, tum fa-
milia ejus, commune extitit asylum
pauperum : Cui etiam vaticinium à
mendico factum est, fore ut non lon-
gè pòst ex *Rospigliosi* unus Sedem
Petri possideat, nemine adhuc tunc
cogitante ex familiâ de ordine Sacro,
& statu Ecclesiastico suscipiendo. Un-
de *Ubaldo Camillus Rospigliosi*, nun-
cio de Julij fratis sui electione acce-
pto, omnes quotquot Pistoiae ære
gravati alieno captivi detinebantur,
ex suo ærario liberaliter præstitâ solu-
tione liberavit. Obiit virtutum cumu-
lo, quam numero annorum in regimine
auctior An. 1669. die 9. Dec. PROPH:

MALACH: *Sidus Olorum*. Fertur in fornic cubiculi sui habuisse diu ante Pontificatum suum, Olorem artefactum, cum Cruce in Pectore; Emblema scilicet Candoris Christiani & Innocentiae vitæ inter cruces & adversitates.

CCXXXIII. CLEMENS X. Romanus dictus *Æmilius Laurentius de Altieriis* Card. & Epif. Camerin elect. A. 1670. die 29. April. Sedit an. 6, & partes omnes optimi Pastoris adimplavit, donec obiit Anno 1676. die 22. Julii. PROPH: MALACH: *de flumine Magno*. Romanus fuit, videtur igitur vates intelligere in flumine magno Tiberim.

CCXXXIV. INNOCENTIUS XI. Comensis, dictus antea *Benedictus Livy Odeschalei* Card: Presb: ad S. Onuph. Episc. Novariensis: Elect. An. 1676. die 21. Sept: Rei Christianæ, tum contra Turcam defendendæ, tum per Cleri reformationem promovendæ, fuit studiosissimus. In arduis negotiis animi fracti, & ab æquitate causæ immobilis. Tunc verè *Beatissimus Pater*, quando in Sanctam armorum Societa-

AB ANNO 1600. AD 1694. 335

cietatem conspirare fecit Ecclesiæ filios, *Leopoldum Imper.* & *Ioannem Poloniæ* Regem, ut Ottomanicæ belluæ, Spe jam devoratam *Viennam* Austriæ, è fauibus eriperent, & Christiano ferro victorias meterent æternitati transcribendas; novis præliis, novum belli nervum, per effusam auri liberalitatē *Innocentio* suppeditante, Obiit Sanctitatis non vulgaris famâ relictâ An. 1689. PROPH: MALACH: *Bellua infatiabilis*: pro insigni habuit Aquilam & Leonem, utramq; prædæ avidam feram: fuit etiam *Comensis*, urbis autem illius insigne est, Draco hominem usque ad medium corpus abliguriens.

CCXLV. ALEXANDER VIII.

Venetus dictus *Petrus Ottoboni*, elec^t. 1689. die 6. Octobr. talem se *Alexander* præbuit in regimine suo, qualem tempora illa exulcerata requirebant: scilicet ARCHIMEDEM CHRISTIANUM arma Principum Christianorum gravissimè inter se collisa, solo prudentiæ pondere librantem: Obiit A. 1691 PROPH: MALACH: *Pœnitentia Gloriosa*.

P 4

Allu-

Alludit fortasse vaticinium ad nome
Petri cuius Pœnitentia valde gloria
 fuit. Putant alii tunc gloriosem
 Pœnitentiam edidisse, quando non
 nulla revocavit ante mortem & irrita
 declaravit, quæ certæ alicui Coronæ
 concederat, ab antecessore ejus con-
 stanter negata, eo quod Ecclesiastica
 libertati viderentur contraria esse.

CCXLVI. INNOCENTIUS XII.
 Neapolit. dictus ante *Pignatelli*; elect;
 A. 1691. die 12. Julij: Huic regimen &
 annos fortunet Deus, ut adimpleatur
 Prophetia Malachiæ: RASTRUM
 IN PORTA, siatque *Innocentius XII.*
Rastrum, seu veluti ferro dentata ca-
 taraëta in Porta Ottomannicâ, ut Chri-
 stiani nominis hostis posthac æternis
 claustris, captivato furore contineatur.
 Fidelibus autem Porta aurea Pacis &
 indulgentiae aperiatur. Quem in finem
 Sanctissimus Pater ad initium A. 1694.
 ex Thesauris Eccl: Jubilæum concessit,

Vaticinia de Secuturis

Pontificibus.

- I. Flores Circumdati, * II. De bona Re-
 ligio-

ligione. * III. Miles in bello. * IV. Columna excelsa. * V. Animal rurale. * VI. Rosa Umbriæ. * VII. Visus velox * VIII. Pereg-
rinus Apostolicus. * IX. Aquila Rapax. * X. Canis & Coluber. * XI. Vir Religiosus. * XII. De Balneis Hetruriæ. * XIII. Crux de Cru-
ce. * XIV. Lumen in Cœlo. * XV. Ignis
ardens. * XVI. Religio depopulata. * XVII. Fides Intrepida. * XVIII. Pastor Angelicus.
* XIX. Pastor & Nauta. * XX. Flos florum.
* XXI. De Medietate Lunæ. * XXII. De la-
bore solis. * XXIII. Gloria Olivæ. * XXIV
Denique in persecutione extrema Sacræ
Rom: Ecclesiæ sedebit *Petrus Romanus*,
qui pascet oves in multis tribulationibus:
quibus transactis Civitas Septicollis dirue-
tur, & Judex tremendus judicabit populum.
Huc usque Malachias.

Vaticinium de *Paulo II.* qui sedet A. 1464.
ex inadvertentia supra omissum est, itaque
hic subjungimus: quod sic habet: *De Cervo,*
& Leone. Paulus fuit Præses Ecclesiæ *Cer-*
vicensis, & Cardin. *S. Marci*, cuius Sym-
bolum Leo est.

Sederunt ergo Christi Vicarij in Ca-
thedrali *Petri* non interrupto ordine.
legitimi Pontific. 246. * ex his Marty-
rio insignes 34. * Ecclesiæ Doctores
2. * Sancti Confessores 41. * Bonæ vi-
tæ & qui cum laude rexerunt Ecclesi-

P 5 am

am 152. * Mediocri laude 7. * Mala
vitæ & exempli 11. * Horum tamen
vita Ecclesiæ minimè præjudicat. non
enim ex Personis fidem, sed ex fide proba-
mus personas dicit Tertullian. de prescript.
& S. Augustin. Nullo modo eorum inno-
centiā coronamur, nullo modo eorum ini-
quitate damnamur. Epist. 165.

§. 2. Imperatores Romani.

XXXV.

MAthias Rudolphi II. Fra-
ter Viennæ natus An.
1557. Festo s. Mathiae. Uxor illi fuit
Anna Consobrina sua, Archi-Ducis
Ferdinandi, & **Anna Mariæ**, Mantua
Principis, filia, ex quâ prolem non su-
sccepit. in Hung: Regem Posonii Anno
1608: triennio post, Pragæ in Regem
Bohemiarum: & Francofordiæ A. 1612.
Imperator inauguratus, & Coronatus.
Initio sui Regiminis fœdus iniit cum
Justitia & **Pietate**. Hostes non habuit,
nisi quos Deus etiam inimicos habet:
Judæos, Turcas, & hæreticos. hos
complulit ad fidelitatem, Turcas ex
Pannoniâ cum **Sinao** profligavit, & ma-
gnam

AB ANNO 1600. AD 1664. 339

gnam partem Regni recuperavit. Ju-
dæos ob usuras proscriptis. Obiit An.
1619. 22. Martij an. ætat. 62. Cœlo ac-
censo cometâ funus præeunte. SYMB:
Concordi lumine major. Et aliud: **amat**
Victoria curas.

XXXVI. FERDINANDUS II. ex
Carolo filio **Ferdinandi I.** & **Maria** fi-
lia **Alberti** Ducis Bavariæ natus Gre-
tzii in Styria A. 1578. die 9. Julij. Pri-
mam uxorem habuit **Mariam Annam**
Bavariæ Ducis **Wilhelmi** filiam, Soro-
rem **Maximiliani Septemviri**: Cum qua
anno 1600, non exemplo tantum, sed
prodigio pietatis, humili viatorio ha-
bitu indutus, & pedes cum Regia Con-
juge, ad **Deiparam Lauretanam** peregrina-
tionem iniit, ibique fœdus pepigit,
cum **Castrorum acie ordinatâ** adversùs
orbem fere universum, qui postea con-
tra **Ferdinandum** Imperatorem A. 1619
die 28. April. eleatum, maligno fœde-
re conjuravit. Catholici cum Aca-
tholicis, Galli, Sueci, Dani, Hollandi,
Germani, conspirantes in Cesarem, re-
gna inter se sortiti sunt, antequam

occupassent, ut diceret pius & Deo confidens Imperator; *diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem:* quanquam ipsum regnus suis exuere nunquam potuerint, *Salvatore Christo* Britannos, Danos, Gothos, Thraces, *Beklémum Gaborem* Hungarorum; *Mustazanum Turcarum;* *Fridericum Palatinum,* Rebellium Bohemorum; *Gustavum Suecum Prostantium* in Imperio, fautores & propugnatores, & omnes inimicos *Ferdinandi*, confundente. Non bellis tandem, sed cumulo victoriarum (quarum nullam sibi, sed omnes cœlo adseripit) succubuit A. 1637. die 15. Febr. SYMB; *Legitimè certantibus.*

XXXVII. FERDINANDUS III., ex *Ferdinando II. Imp. & Maria Anna* Bavariæ, natus Gretzii A. 1608, Pannoniæ Rex Coronatus A. 1625, bie-
nio post in Regem Bohemiæ, & A. 1636 curante Patre *Ferdinando II.* in Regem Romanorum. Primo bellorum suorum impetu, infra dies 50, totidem urbes occupavit: *Danubius, Albis, Mœnus, Visur.*

Visurgis pleno ubere affudere vi-
torias. Unius campi pugnâ cum Suecis
ad Nördlingam habitâ multarum pro-
vinciarum viatorias reportavit. Sie de
plurimis coronas meritus post pacem
Monasteriensem constitutam ipse
quoque *Ferdinandus* requievit in Pace
Viennæ A. 1657. die 11. Aprilis: defun-
ctus post *Ferdinandum IV.* Rom; Re-
gem, quem mors indiscreta, non ser-
vato ordine naturæ præripuerat An.
1654. d. 2. Julii. Symb: *Ferdinandi III.*
Honestè vivere, alterum non ledere, & su-
um cuiq; tribuere; item; Pietate & Justitiâ.

FERDINANDUS III. Uxores habuit tres.
Prima fuit *Maria* Filia *Philippi III.* Hisp.
Reg. ex quâ suscepit *Ferdinandum Francisc.*
Inter Austriacos Principes IX, & inter Bo-
hemiæ & Hungariæ Reges IV. Regem Ro-
man. natum An. 1633. die 8. Sept. Mortu-
um 2. Julii An. 1654. * *Mariam Annam Hi-*
span: Reg: natam A. 1634. Mortuam 1689.
Philippum Augustinum Viennæ natum An.
*1637. * Maximilianum Thomam An. 1638. **
LEOPOLDUM IGNATIUM JOSEPHUM Speciali
Deiparæ auxilio natum Viennæ An. 1640.
die 9. Junij. * *Mariam*, quæ matri jam de-
functæ exempta est, & baptismo accepto
extin-

extincta, funus, matris cum Prole, duplicita.
vit. A. 1646. in Majo.

Secunda uxor fuit *Maria Leopoldina*, Pa-
trui sui *Leopoldi* Comitis Tyrolensis, &
Claudia Principis Hetruriæ filia, ex quâ
suscepit *Ferdinandum Carolum Iosephum* A.
1649 * mortuus est An. 1664.

Tertia fuit *Eleonora Mantuæ Ducissa*,
suscepit ex eâ *Theresiam Mariam Josepham*
natam Viennæ An. 1652. * Et *Ferdinandum*
Aloysium qui objérunt infantes. * *Eleonoram*
Mariam natam Anno 1653. eodem die quo
Ferdinandus IV. Electus est Rex Roman. *
Mariam Annam Josepham A. 1654 * quæ nup-
tui data Serenissimo Duci Neoburgico *JOAN-*
NI VVILHELMO, nunc *Electori Palatino* ad
Rhenum: Mortua Viennæ An. 1689. die 4.
April. * *Claudiam Felicitatem* 1653. * *Mariam*
Magdalenam * Ex tot Serenissimis Prolibus
supersunt fatis, *Eleonora Michaëli Poloniæ*
Regi nupta An. 1669. Viduata A. 1674. Iter-
rum nupta *Carolo Lotharingiæ Duci*: Iter-
rumque viduata An. 1691. die 9. April. &
AUGUSTISSIMUS LEOPOLDUS

XXXVIII. LEOPOLDUS I. ex
FERDINANDO III. Imper. & MARIA
filia PHILIPPI III. Regis Hispan. natus
Viennæ A. 1640. die 9. Junij, festo SS.
Primi & Feliciani. Hungariæ Rex A.
1655. die 27. Junii, Bohemiæ A. 1656.
die 14. Septemb. Imper. Roman. elect.

AB ANNO 1600. AD 1694.

343

Francoford. An. 1658. die 18. Julii, &
ibidem Coronatus A. 1658. die 1. Au-
gusti: *Con filio & Industriâ, fortis ATLAS*
 sustinet orbem.

Primas nuptias celebravit Viennæ
cum Serenissima Infante Hisp. MAR-
GARITHA A. 1666. die 5. Decemb. ex
illa natæ sunt proles, Archid. *Ferdinan-*
dus V Venceslaus Viennae A. 1667. d. 29.
Sept. hunc Libitina rapuit A. 1668. die
23. Jan. * *Maria Antonia* Archid.
A. 1669. die 18. Jan. Nupta est MAXI-
MILIANO EMMANUELI Bavariæ Duci
& Electori A. 1685. die 15. Julij. Mor-
tua est An. 1692. die 24. Decemb.

Iterum Archidux nascitur A. 1670.
die 20. Februar. sed vitæ brevissimæ.*
Archiducissa A. 1672. die 9. Februarij,
quæ vix nata denascitur die 23. Febr.
aufert etiam Mors rapax pretiosam
MARGARITHAM Imper: An. 1673,
die 12. Martij.

Secundas Nuptias celebrat A. 1673
die 15. Octob. Græcii cum CLAUDIA
FELICITATE Archiducissa Austriæ &
Tyrolis. Proles ex illa: Archiducissa
A. 1675.

II. Octob. sed mortua est A. 1676. die
II. Julii. Desitigitur vivere FELICITAS
A. 1676. d. 8. April. nullâ prole reliqâ.

Tertias Nuptias celebravit Passavii
cum Serenissima ELEONORA MAGDA-
LENA THERESIA Neoburgicâ an. 1676
die 14. Decemb.

Hac AURORA Dies peperit, solesq; Serenos.

Nascitur JOSEPHUS JACOBUS
An. 1678. die 9. Julij, Coronatus Rex
Hungariæ A. 1687. die 9. Decemb. Rex
Roman. electus Augustæ A. 1690, die
24. Coronatus ibidem die 26. Jan: an-
no eodem. Ibidem etiam Augustissi-
ma ELEONORA Imperatrix Coronâ in-
signita Imperiali, die 29. Jan.* Iterum
Archidux præcoce partu editus &
mortuus an. 1679.* *Maria Elisabe-*
tha Archiducissa an. 1680. die 13. Dec.
** Leopoldus Anton: Joseph. Vilhelmus*
Francisc. Erasm: natus an. 1682. die 2.
*Junij, mortuus præmaturâ morte.**

Maria Anna Josepha Antonia Regina,
Lintzii nata an. 1683. die 7. Sept.*

Maria Theresia Josepha Antonia Xa-
*veria, Viennæ 1684. die 22. August:**

Caro-

AB ANNO 1600. AD 1694 345

*Carolus VVenceslaus Franciscus Viennæ
an. 1685. die 1. Octob. Maria Iose-
pha Viennæ an. 1687. die 6. Martij.*
Maria Magdalena Iosepha Antonia
Gabriela Viennæ anno 1689. die 26.
Mart. * Maria Margaretha Gabriela
Magdalena Antonia Iosepha an. 1690.
die 22 Julii.*

Vivit ergo LEOPOLDIUS, ipse &
Semen ejus! & Vivit Post tot discrimi-
na rerum.

VIVAT DIU & VIVAT FELICITER!
*Dei illi Deus hereditatem suam gentes, &
possessionem suam terminos terra.*

Psalm. 8.

*Et Benedictiones Patris LEOPOLDI,
& Benedictiones Patrum ejus, sicut in
capite JOSEPH Gen. 49.*

§. 3. Concilia.

E Bredunense. * Narbonense. * Se-
nōnense. * Aquense. * Burdega-
lense. *

§. 4. Schismata. Nulla.

§. 5. Pro-

S. 5. Propagationes Fidei.

PEnetrat fides per PP. Societatis Je-
su in Imperium Sinense, quod in se
15. amplissimas, & regnis pares provin-
cias continet, unde totam fere Euro-
pam æquare censetur. Et hactenus ob-
staculis ineluctabilibus fidei occlu-
sum fuit.* Regnum Æthiopiæ abje-
ctis erroribus iterum veram fidem re-
cipit.* Infertur fides in Canatensem
Regionem partem Americæ Septen-
trionalis.* In Regnum Mogoris, quod
sub se 35. Provincias continet.* In In-
sulas Mariaanas, in quibus quinquennii
Spatio à *Didaco Eloysio de San. Viatore*
ad Christum adducti 50. millia.
Qui ibidem ex fidei odio interfectus
est A. 1674.* In Regnum Tuncinense
divisum in Septem Provincias.* In
Regnum Cochincinæ divisum in sex
Regiones.* Novæ Franciæ varii tra-
ctus audiunt Evangelium.* Reducta
hoc eodem Sæculo ad Ecclesiam Ca-
rinthia, Styria, Austria, Moravia, Bo-
hemia* Gallia, pulsis Hugonottis per
Ludovicum XIV. Repurgata. *Cone*

*Conversiones memorabiles**Sæculo XVII. ad Catholic. Eccles.**Ex Paganismo & Machometismo*

Constantinus legitimus hæres Imperij Chinensis in Asia 1647. * Dominicus Imperator Monomotapæ in Africa 1652. * Ludovica Regina Monomotapæ in Africâ 1652 * Carolus Ingensium Imper. in America. * Helena Imperat. Sinensium 1647. * Michaeli filius Imper. Monomotapæ factus deinde Ordin. S. Dominici 1647. * Anna Chinensis Regina, avia Constantini 1647. * Maria uxor Imper. Iuliæ. * Achilleus Princeps & Supr. Præfet: Aulæ Chineusis, Vice-Rex & Architalassus Classis Imperat. 1646. * Balthasar de Mendetz primogenitus Regis Fetzii & Marocco, factus Societas Jesu An. 1667. * Dominicus Amathæi Rex Tunis An. 1646. *

* *

*Principum Christianor:**Conversiones.*

Præivit omnes superiore Sæculo, & ad veram Ecclesiam redeundi exemplum dedit & stimulos. Serenissimus Dux Saxoniæ & Elector JOANNES, idem ille qui An. 1530. Confessionem Augustanam Carolo V. obtulit, biennio post, anno scilicet 1532. Morti vicinus renunciavit Lutherø, atq; ad idem facien-

faciendum Serenissimis filiis suis mandata
& incitamenta reliquit, & Catholico ritu
Sacramentis Pœnitentiæ, Eucharistiæ & ex-
trema Unctionis munitus obiit. Ita in litte-
ris originalibus JOANNES FRÆDERICI Filii &
Successoris ejusdem, in Ducali Archivio, &
ex illis transumpta Copia quæ legi potest
in libello cui titulus *Augsburgische und*
gegen Augsburgische Bekandniss Jussu RR.
& Illustrissimi Comitis de Collonitzsch Epis-
copi Neoltadiensis A. 1681. edito.

* * *

SÆculo XVII. Conversi, CHRISTINA Al-
exandra Sueciæ Regina, regno abdicato
migrans Romam An. 1655. * Rupertus Fri-
derici Comitis Palat: Electoris (quem Bo-
hemii rebelles Regem Coronarunt) frater
1629. * Eduardus Frater ejusdem. * Ludo-
vica Hollandica dicta Comit: Palat. 1659. *
Wolfgangus Wilhelmus Dux Juliæ, Cli-
viæ, Neoburgi 1613. * Christianus Augustus
Comes Palat. Princeps Sultzbacensis 1655. *
Henricus Julius Dux Sax: Laueburgicus. *
Franciscus Carolus Saxo Laueburgicus
1631. * Rudolphus Saxo Laueburgicus 1647. *
Franciscus Erdmannus Saxo Laueburgicus
* Joannes Fridericus Hanoveranus Dux
Luneburgicus 1650. * Christianus Wilhel-
mus Marchio Brandenburgicus & Administ:
Magdenburg. 1632. * Fridericus Landgra-
vius Hassiæ Darmstad: Cardinal: 1634. * Er-
nestus

nestus Landgravius Hassiæ Casselan: 1652. *
 Eleonora Maria Princeps Solmensis 1652. *
 Georgius Christianus Landgrav. Hassiæ Hom-
 burg. 1677. * Elisabetha Amelia Magdale-
 na Landgrav. Hassiæ Darmstad. 1653. * Al-
 exander Sonderburg. Dux Holsatiæ, unà
 cum Filiis 1649. * Dorothea Hedwigis Du-
 cissa Holsatiæ 1678. * Elisabetha Dorothea
 Duc: Holsatiæ. 1665. * Joannes dictus Ju-
 nior Comes Nassovius, 1613. * Joannes Lu-
 dovicus Princeps Comes Nassovius & Ca-
 timelibotti 1629. * Princeps Nassovius qui
 anno 1664. In pugnâ ad S. Gotthardum oc-
 cubuit. * Christianus Dux Mechlenburgi-
 cus 1663. * Bernardus Gustavus Marchio
 Badensis Card: & Abbas Fuldensis 1660. *
 Carolus Fridericus Marchio Badensis Sue-
 ciæ militiæ Archi-Strategus. * Princeps,
 Hector Turränius in Gallia 1663. * Dux Bul-
 lionius Ultrajectensis Gubernator. * Princ.
 Ragotzius cum conjugè Battorea in Hun-
 gariâ. * Princeps Ratzivilius in Poloniâ.
 Jacobus Dux Eboracens. postea Rex Angliæ.
 * Et juxta side digna testimonia Carolus II.
 Angliæ Rex factus Cathol. mortuus est 1685

* * *

Conversiones Comitum & Statuum Illustrium Sæc. XVII.

A ltheim. * Avancurt. * Auersberg. * Bent-
 heim. * Boimberg. * Budiani. * Catziani. *
 Cole-

30 SÆCULUM XVII.

Colomna. de Cruce * Duras. * Egg. * Ester-
hasi. * Fünfkircher. * Fürstenberg. * Geras.
* Gleist. * Härberlein. * Herbersdorff. * Ho-
henlohe. * Hoffkirchen. * Jörger. * Isenber-
ger. * Kolonitz. * Kolobrat. * Khuen. * Kueff-
stein. * Lemberg * Laimingen. * Lesle.
Mansfeldii. * tres, Bruno, Philip: Wolfgang
* Nadasti. * Neuhaus. * Nostitz. Nothafft.
* Oppelen. * Oppersdorff. * Ottenberg. * Pa-
radeiser. * Buchheim. * Rantzau * Salmis.
Säraw. * Schafgotz. * Schafféberg. * Schlick.
Schwartzenberg. * Thanhäusen. * Tatten-
bach. * Teiff. * Trautmandorf * Turriani.
Weisenwolff. * Wertheim. * Windisch-
grätz. * Zinzendorff. * multo plures adhuc
nominantur in libello cui titulus: **Die E-
vangelische Catholische Erkundung.** Sere-
nissimo. Electorali Collegio oblatus in Ele-
ctione LEOPOLDI.

* * *

*Armis & Legationibus il-
lustres conversi Sæc. XVII.*

CÆSAREUS Generalis Susa. * Generalis
Uladislaus de Sparr & Berlin. * Gene-
ralis Götzius è Comitum Famil. * Witten-
berger Svecus Generalis. * Generalis Cæ-
sar. Dünnenvvaldius. * General. Cæs. &
Comes Schützius. * Andreas Kolbius Ge-
neral. Bavar. General. & Legatus Lusitan.
Schitzius. * Baro de Degenfeld General. Ba-
varus

AB ANNO 1600. AD 1694. 351

varus & postea Venetus.* Eobald de Gleist
Pomer. Baro. Consiliar. Ele^t: Brandenb. &
Variis Legationibus Illustris.

* *

Libris & Litteris Clari Conversi.

Petrus & Adrianus VVallenburgii.* Spon-
danus.* Jodocus Coccius.* Lucas de
Hoistain Bibliothecarius Pontificis in Vati-
cano Romæ.* Hoffer Professor Lipsiæ.*
Fromm Consiliar. Brandenburg.* Justus
Calvinus.* Justus Lipsius.* Joan. Barclaius
Philos.* Vitus Erberman.* Petrus Jarricus.*
Henricus Reddius.* Martinus Sibenius.*
z. Mülmanni.* Ehrenfridus de Creutz.* Isa-
acus Volmair Consil. Cæsar.* J. Georgius
Oexol Legatus Bavar. & Cancel.* Hunni-
us Profess. Magdenburg.* Besoldus Profess.
Tübingens.* Lindenspir.* Ochsenbach &
Speidel Cancel. Princ. Augustani.* Spren-
ger J. D.* Stanislaus Orizovius.* Volusius
postea Suffraganeus Mogunt.* Bertholdus
Nihesius.* Meminerit autem Lector nequa-
quam hoc brevi Syllabo omnes vel Sangui-
ne vel armis vel litteris claros & ad Eccle-
siam hoc Sæculo Conversos annotatos esse:
Cum illi tantum hic Collectedi sint qui præ
aliis magis noti.

§. 6. Per-

§ 6. *Persecutiones Fidei.*

IN Japonia sæva & diuturna Christiani nominis vexatio, Laici & Religiosi cujuscunque sexus & ætatis in eâ pro fide sanguinem fuderunt.* Calviniani crudeliter in Catholicos græfati in Bohemiâ & Germaniâ.* Anglia fuit theatrum in quo crudelitas & hæresis variis temporibus tragædias lusit in perniciem Catholicorum. Ex illa sæpius ejecti, affictis conspirationis, perduellionis, læsæque majestatis falsis criminibus, suspensi, Secti, capite plexi, Religiosi Clerici & Laici, omnis conditionis Viri: eo furiosius, quo consideratius justitia in injustitiam adacta est. Summæ malitiæ instrumentum fuit in ultima persecuzione, quæ ab anno 1674. usq; ad mortem *Caroli II* duravit, *Oathes* quidam, qui fictis litteris & falsis testibus producetis, & iteratis vicibus, perjuriis nefariè depositis, conquisitos Catholicos præsertim Sacerdotes reos egit conspiracyonis, adversus Regnum & Regem. conspiracyis

capit-

capita præcipua, & autores infama-
bat Pontificem maximum per Jesui-
tarum Generalem, Regem Galliæ, Re-
ginam Hispaniæ, Reginam Angliæ
Conjugem Regis, & Ducem Eborac-
ensem, postea in Regno successorem
Jacobum II. A. 1685. quosdam comites
ac nobiles multos Catholicæ Religio-
ni addictos. Unde sub larvâ Justitiæ
plurima Catholicorum millia Regno
expulsa, plurimi in carceres intrusi in
iisque squallore confecti, & multi ex
diversis Ordinibus, præcipue autem
S. Benedicti & Societatis Jesu, sup-
plicio affecti sunt: Si non jubente, id
tamen fieri permittente *Carolo II.* Re-
ge. Donec sub Rege JACOBO Oathes
perjuriorum & falsitatum convictus
ad carceres perpetuos & fustigationes
publicas quater in anno, singulis tri-
mestribus, ad dies vitæ, sustinendas
condemnatus est.

§. 7. Sanctitate Clari.

*S. Rosa Ordinis S. Dominici. Virgo Per-
uana. Franciscus Salesius Episc. Ge-*

nev.

neu. 1622. S. Franciscus Roma Canonizatur
1608. Carolus Borromeus à Paolo V. 1610.

§. 8. Hæretici.

Metaphoristæ. Pseudoirenici sive falsò Pacifici, vel tepidi. Antipuritani. Joannes Piscator. Jacobus Arminius. Daniel Camerius. Conradus Vorstius. Sibrandus Lubertus. Tilenus. Calvini Lutherique Propago multiformis. Capit Secta Quietistarum, jamque magnis incrementis serpsit, in animos nova lues, cui mature opprimenda Anno 1687. die 28. Augusti execrationis & Anathematis Sententia inficta & publicè promulgata, die autem 3. Septemb. D. Michael Molinos Sectæ Caput & Propagator, in templo Minervæ, ad retractandam suam hæresin publicè productus, & ad Carceres perpetuos, factâ prius retractatione & errorum abjuratione, condemnatus est.

§. 9. Initia Religiosor. Ord.

Poenitentes tertij ordinis S. Francisci resuscitantur An. 1600. Ordo Sanctorum Ieronimorum à B. V. Annuntiatâ 1604. ab eadem Visitatâ 1610. Parisiis Ordo Sacrarum Virginum S. Ursula ad puellas instituendas inchoatur A. 1611.
 * Ordo militum Sanctissimi Sanguinis à Duce Mantuano institutus A. 1608. Ordo militiae Christianæ à Duce Nivenensi 1619. Romæ Ordo Fratrum misericordiarum à Ioanne Dei instituitur 1617.

J. 10.

§. 10. *Initia Regn. & Princ.*

Sebusiani Galliæ: Salutiani Subalpinis adjuncti A. 1600. * **Fridericus** Elector Palat: Rex Bohemiæ: sed tantum per unam hyemem 1620. * **Friderico** Rege Bohemiæ ad Pragam vieto, & exauctorato, **Maximilianus** Bavar: potitur Electoratu A. 1624. * Regna Catalauniæ & Lusitaniæ ab Hispanis deficiunt A. 1641. * Angli novam Republicam constituunt occiso Rege **Carolo I.** ejusq; filiis fugatis, agentibus **Farfaxio** & **Cromvelli** qui abrogatâ domo Superiore Parlamenti partiti sunt inter se potestatem, 1649. * Sed iis defunctis **Carolus II.** in regnum restitutus 1660. Et Cromvelli exhumatus, patibulo suspensus est 1661. * **Gandiæ** regnum à Turcis eripitur Venetis An. 1669. * Plures urbes in Belgio, & Burgundia à Gallo occupantur 1668. * Invaditur Lotharingia, à Gallis, Ductore Crequyo, fugâ elabitur Dux, Uxor autem cum Archivis Parisios abducitur, A. 1670. *

Q 2

lati-

356

SÆCULUM XVII.

latinatus ad Rhenum Elector *Ludovici*.
eius sine hærede 26. Maij 1685. extin-
guitur: eidem in ditione, & Electoratu
succedit Dux Neoburgicus *Wilhelmus*
An. 1685. * Colmaria cum 9 urbibus
Alsatiæ , Galliæ Regi se subdidit
An. 1664. *

§. II. *Instit. Sacror. Rituum.*

Gregorius XV. instituit Congre-
gationem de propaganda fidei.
1620. * Festum & Officium S. Angeli
Custodis. * Pius usus Recitandi Li-
tanias B. M. V. in communi pro feli-
ci morte. * Erectio columnarum pro
Statuis B. V. per Austriacos inducta.*
Jejunium in pervigilio immaculatæ
Conceptionis pro Provinciis Augustis-
simæ Domus Austriacæ sub Præcep-
to a sede Apostolicâ impetratum.*
Festum S. Iosephi pro eisdem Provin-
ciis ab Augustissimo Cæsare *Leopoldo*,
introducedum. * Officium de Septem
doloribus B. M. V. per *Eleonoram Au-*
gustam pro tota Germania à Pontifice
impetratum.

§. 12.

AB ANNO 1600. AD 1694.

357

§.12. Nova Reperta & Notables Urbium.

Solis maculæ & faculæ detectæ per telescopium à *Christoph: Scheiner* S. J. Ingolstadii A. 1611. * Leopolis in Hungaria conditur A. 1665. * Carolopolis in Gallia 1609. * Carolo-Regium in Belgio 1666. * Castellum Durantis in civitatem erectum in Italia ab *Urbano VIII.* A. 1635. * Christiania Urbs Regni Norwegiæ A. 1614. * Fridericopolis Urbs Daniæ 1622. * Heripolis An. Christi 606. ædificata. Hoc Sæculo à *Ian. Philippo* Archiep. Mogunt. & Episc. Herbipol. operibus munitis cincta & unà cum arce Marienburgo propugnaculis firmata.

§.13. Script. Sacri & Theol.

Cæsar Baronius Card. obiit Roma An. 1607, * Robertus Bellarm. Card. Petrus de Villars 1613 Iacobus Petronius Card: Thomas Bzovius. D. Franciscus de Sales Episc. Nicolaus Serarius Florimundus Raymund^o Iodocus Coccius. Martinus Delrio. Thomas Stapletonius. Wal-

Q 3

len-

lenburgii. Iacob. Gualterius. Theoph. Rainaudus. Svaretz. Vasquez. Lessius. Lai man. Sanchez. Peretz. Contzen. Beccanus Salianus & alij è Societate Iesu alius que Ordinibus plurimi.

§. 14. Aliar. Discipl. Periti.

Jvr. Josephus Mascardus. Prosper Farina-
cus. Nicolaus Garsia. Petrus Barba. Augu-
stinus Barbosa. Ludovicus Molina. Corvi-
nus. Matth. Christophorus Clavius. Chri-
stophe. Scheiner. Francisc. Aquilonius. A-
thanasius Kircher. Joan. Keplerus. Galilæ-
us de Galilæis Philos. Anton. Rubius. Franc.
Oviedus. Rodericus Arriaga. Thomas Com-
ptonus. Philol. Justus Lipsius. Ericius Pute-
anus. Isaac Casaubonus. Jo. Rosinus. Jacob.
Pontanus. Quido Pancirolus. Simon Majo-
lus. Rhet. Ant. Muretus. Perpinianus. Poët.
Jacob. Balde. Sarbievius Bauhusius. Bider-
man. Avancinus R. & P. aliique Innumerii.

§ 15. Strategi & Pralia.

Ibrabimus Vezirius Turc. cum exercitu
100000. Canisam ad ditionem cogit.
Paradiso autem qui tradidit, Manus dextra,
& caput, Viennæ amputatur 1600. * Osten-
da ab Alberto Archiduce 1601 Obsidetur,
& quadrima obsidione à Spinola tandem ad
ditionem cogitur, cum intra eam mortali-
um 72. millia cecidissent. * Mercurius cum
10. mil-

10. millibus suorum cædit Turcarum 50. milia An, 1605. * *Adena* post cæsa Turcarum 30000, Persis cædit 1605. * Turcæ Bohemicæ Ortæ A. 1618. & exinde bellum triginta annorum, quod totam Europam Christianam involvit, plerisque contra Domum Austriacam conjurantibus. * Memorabile Prælium ad *Pragam* in *Monte Albo*, in quo Bohemiorum 25. millibus profligatis, *Cæsar* Duce *Maximiliano* Bavarо & *Tillio* obvenit victoria, quâ *Friderico Palatino* excussa Bohemiæ Corona, rediit ad *Ferdinandum II*: & res Catholica in Provinciis plurimis restituta est. A. 1620. die 8. Novemb. * Turcæ ad 300000, à *Vladislao* Polono contriti 1621* *Cæsar* Polonis contra Svecos auxilia mittit: & inde iræ, & occasio in Germaniam irrumpendi A. 1626.

Rupella à *Ludovico XIII*. Galliæ Rege Consilio & Industriâ potissimum *Richelij*, tandem fame expugnata, Regiam autoritatem contra *Hugonottos* Stabilivit. A. 1628.* Svecus à *Protestantibus* evocatus Germaniam invadit An. 1630. * Eodem anno à *Cæsar*ianis *Mantua* expugnatur, & diripitur.* *Magdenburgum* capitur à *Tillio*, Spoliatur & incenditur.* Svecus autem ad *Lipsiam* vincit *Tillium* & in Franconiam perrumpit 1631* *Gustavus Adolphus* Sveciæ Rex ad *Luzam* occumbit in pugna cum *Cælarianis* 1632.* Continuatur tamen bellum à Svecis Duci-

bus, donec *Ferdinandus III. Imper.* propè
Nördlingam cædit 12000 Svecorum, 6000
Captis an. 1634.

Galli Burgundiam, Cæsariani autem &
Hispani Galliam invadunt, *Jeanne de Verd*
Parisios usque cum *Croatia*, omnia Vastan-
te. 1636 * Dux *VVaimarius* capto in Pugna
Joanne de VVerd Brisacum expugnat, Gallis
opitulantibus A. 1638. quod defuncto Du-
ce *VVaimaria* à bellicis Officialibus ejus-
dem *Waimarij*, Gallis in perpetuum ven-
ditur A. 1639. * *Philippburgum* ad Rhenum
à Gallis capitum A. 1644. * *Ragotzinius Tran-*
sylvaniæ Princeps à Sveco & Calvinistis
sollicitatus, cum Acatholicis in Hungariâ
contra Cæsarem rebellat.

Postquam tota Europa per 30. annos dif-
ficillimis bellis flagravit, gente surgente
contra gentem, Pax tandem Monasterien-
sis sanctitur A. 1648. eodem anno Pax com-
ponitur inter *Philipum IV. Hisp:* Regem &
Belgij Status Contæderatos, post 82 an-
norum difficillima bella. * Ardere tamen
pergit bellum inter Gallos & Hispanos.

LEOPOLDUS I. Imp. *CASIMIRUM Po-*
loniæ Regem armis in Regnum restituit,
Svecis expulsis A. 1658. * Restituit quoqne
Daniæ Regem Sveco ejectedo. 1659. * Pax
inter *Ludovicum XIV Galliæ*, & *Philipum*
IV. Hisp. Regem Coalescit vinculis matri-
monii *CHRISTIANISSIMUM REGEM* inter
& Ma-

& Mariam Theresiam Filiam Catholici Regis
PHILIPPI, administris Card: Julio Mazari-
no, & Ludovico de Haro, in Insula Vidosi-
annis, ad confinia Regnum Conveni-
entibus Anno 1660.

Hungarorum perfidiâ excitus Turca mo-
vet in Hungariam, & improviso bello oc-
cupat Vivarium An. 1663.* Imperator au-
tem iteratò cedit Turcas, & gloriosissimè
ad S. Gotthardum Duce Montecuculi A. 1664.
die 5. Augusti. Quam victoriam pax inopi-
na sequitur, eodem anno & mensis ejusdem
die 10.* *Hungaria* interim in pace, cudenti-
bus arma rebellionis.* Turca Convertit ar-
ma in Poloniam An. 1672. expugnat Cami-
nieckum, & post varios conflictus, variante
fortunâ, cum Podoliâ & Uckrainâ, vi pa-
cis initæ An. 1672, retinet.

Improvisa Gallorum irruptio in Batavi-
am terrore & consternatione omnia fere
loca replet, & addditionem compellit A.
1672.* Arma autem conjungentibus Impe-
ratore, Hispano, Brandenburgico, & Bata-
vis contra Gallos, hi *Treviros*, *A schaffen-*
burgum & alia loca in Imperio, præsidio
firunt: & *Turra nius* cum exercitu Pro-
fundius in Imperium, in Franconiam usque
se intrudit, propè *Oxovium* castra firmans.
Quæ tamen post trium septimanarum Stati-
onem deserit, delusus Stratagemate à *Mon-*
tecuculo, qui cum Cæsareo exercitu Bon-

nam descendit inopinato motu, junctisque
sub exordium Novembris An. 1673, Hollan-
dis Hispan. Bonnam expugnat & Gallos eii-
cit, tanta vicissitudine *Martis*, ut veris ini-
tio totum Belgium Acatholicum (*Gravia*
& *Trajecto* excepto) Gallo milite evaca-
tum fuerit: sedes autem Bellona facta est Al-
satia, & Palatinatus * *Sougesius* Cæsareus
Gener. *Huvium* & *Dinantum* recuperavit *
Ad *Senefum* in Hannonia in Augusto, cruen-
to prælio dimicatum est, Gallis in tutiora se
recipientibus * Galli obruentes Palatina-
tum, ab Imperialibus copiis. * Duce *Borno-*
willio confliktu ad *Sintzenhemium* repellun-
tur in *Alsatiam*, & *Brisacum* concluditur.
1674. * Brandenburgicus ad Initium anni
1675. deserit cum suis Alsatiam ob *Vrange-*
rium Suecum irrumptem in Marchiam, *
Suecus an. 1675. hostis Imperij declaratus
ab hoc anno usque ad annum 79. à Cæsare,
Dano, Brandenburgico, Episc. Monaster: &
Luneburgicis omnibus iis exuitur, quæ 30.
annorum bello Sueciæ accesserant, ubique
Bellonâ, Sueco novercante, pace autē No-
viomagensi cum *Stetino* omnia restituente.

In *Alsatia* *Montecuculi* & *Turainius* se ob-
servant, donec hic prope *Sasbachum* glande
tormenti è medio tollitur; mox *Condæ* in lo-
cum succedente. * *Crequius* suppetias ad-
duclurus *Treviris* cæditur, & cum urbe ca-
pitur, in Decembri an. 1675. * Trimestri ob-
fidence à Duce Lotharingiæ *Carolo V.* & Her-
manno

AB ANNO 1600. AD 1694. 363

manno Marchione Badensi *Philippburgum*
cogitur ad dditionem; 1676. in Septembri
* Æstate transacta hostili utriusque exerci-
tus observatione, & Germanis in Hyberna
abeuntibus, *Friburgum Brisgoiae à Gallis oc-*
cupatur. 1677. * Gallis interim an. 76 & 77.
& 78. in Belgio armis hinc & inde præva-
lentibus Batavi speciali tractatu ab aliis di-
visi, cum Gallo Paciscuntur mense Augusto
an. 1678 * mox ad similem specialem pacem
exemplo Hollandorum trahuntur Hispani. *
demum etiam Cæsarem & Imperium inter
ex una parte, & Galliæ, ac Sueciæ coronas,
ex altera parte *Pax Neomagensis* constituitur
A. 1679. * Dum Imperium positis armis qui-
escit, Imperialis Civitas Argentoratum à
Gallis occupatur & sic pacificâ traditione.
ArgentoratVM reX LVDoVICVs habet.
Luxenburgum autem obsidione acerimâ
cogit Anno 1684.

Cometam belli nuncium sequitur Anno
1683 Bellum Turicum, *Saltano Machomet*
ante terminum vicennalē Pacem rumpente
* *Cara Mustapha* Bassa cum 200 millibus per
Hungariam in Austria irrumpit, passim sæ-
viens ferro & igne. Oppida & pagi ex parte
Viennensi exusti 14062. ex parte Posoniens
i 271. In servitutem Turcico-Tartaricam
abducti senes viri 6000. fœminæ 11215. Puel-
læ 14092. Pueri 56093. præter innumeros
crudeliter interfectos. Sic barbaro furore
inundans omnia, Viennam obsidere incipit
die

364 SACULUM XVII.

die 13. Julij & ingenti conatu oppugnat, propugnante *Ernesto Rudigero* Comite *Sternbergio*, cum Præsidio 16600 *Tecklio* interim cum Rebellibus propè *Pofoniū* gransante: Christianis autem succursum parantibus: qui conjunctis cum *Carolo Lotharingia* Duce Cæsareæ Militiæ Archistratego, *JOANNE III.* Poloniæ Rege, *Ioanne Georgio* Saxonie & *Maximiliano Emmanuele* Bavariæ, *Electoribus* aliisq; Imperij Principibus & præstantissimis Ducibus, die 12. Sept: feliciter tentatur, & cœlo secundante succedit: fugatur, cæditur, totisq; castris exuitur hostis, inæstimabili prædâ Christiani viatoribus relictâ. An. 1683.

Plus ulrà progreditur Victoria. Ad *Bareckanum* Flos Turcicæ militiæ sternitur die 10. Oct. & 28. Octob. an. 1683. *Strigonium* occupatur. * & Ad Cæsarem redeunt armata mānu *Vicegradum* 8. Junii an. 1684 * & *Vaccia* 27 Junij. Cœsis prius in conflictu 20000 Turcarum * die 22 Julij, *Ludovicus V Vilhelmus* Marchio Badensis ad Budam cedit auxiliarem exercitum Turcarum, & jam alterà vice Castris exuit, tentoriis omnibus, & bellico apparatu in prædam obtentis an. 1684. * Scilicet eodem anno, quo Gallus in Germania obsidione expugnat Luxemburgum, & Treviros denudat mænibus an. 1684 * Verovitza se submittit die 26. Julij * *Dux Lotharingia* configit cum *Seraskierio* & cum magnâ strage profligat, prope *Strigonium* 16. Au-

16. Aug: inde armatā manu occupatur *Vivarinum*, die 19. Augusti An. 1685. * *Buda* armatā manu subigitur in facie exercitūs Turcici A. 1686. die 2. Septemb. * dedunt se *Quinq. Ecclesia & Sicklos* * Generalis *Terrena* cum 5000. ter eodem die congregitur & Tartarorum ac Turcarum 22000 cædit omnibus impedimentis & 20. tormentis in spolium acceptis, die 21. Octob. quā victoriā terrefactum *Segedinum* se submittit An. 1686. * *Turcicus* exercitus magna iterum strage afficitur *Mohazium* inter & *Szicklum* die 12. Aug. An. 1687. * occupatur *Egækum* d. 26. Septemb. & *Agria* sive *Esla* A. 1687. die 17. Decemb.

Mongatzium se subdit die 17. Jan. A. 1688. * *Alba Regalis*. die 19. Maij A. 1688. * *Ludovicus Marchio Badensis* s. Septembris cum 3000. Germanis obruit Turcarum 16000 in *Bosniā*, sternit 6000, & opimis spolijs triumphat. A. 1688. per *Maximilian: Emmanuel* Bavarum *Belgradum* armatā Manu superatur 6. Sept. An. 1688. * *Sigethum* fame cogitur, & cedit in Cæfaris potestatem 27. Febr. A. 1689. * à Comite *Trascovitzio* necantur 4000. Turcæ die 9. Junij. A. 1689. *Ludovicus Badensis* ad *Moravam* cædit Turcarum exercitum : & 105. tormenta, tentoria & annonam cum turpi fuga & strage hostium intercipit. die 29. Aug. An. 1689. * Iterum 24. Sept. An. 1689. *Ludovicus Ba-*

*R**dens.*

dens. & Dux de Croy , cum 16000. suorum
 70 millia, Turcarum oppugnant & cædunt
 10 millia, occupant castra, 29. tormenta &
 Nissam civitatem. * *Ludovicus Badensis* ad
 Widinum configit, fugat, & vincit, Widin-
 num urbem & arcem obtinet. * *Piccolomini* Ge-
 neral. Uskopiam urbem amplam capit , ac-
 cedit, & latam regionem subiicit Cæsari.
 die 26. Octob. 1689. * *Canisa* deditur fracta
 fame, & armis , die 22. Martij A. 1690. * In
 mense Aprili mors de Marte triumphum e-
 git, surripiendo Serenissimum *Carolum Lo-*
sharingia Ducem, Archistrategum Pium, for-
 tem, felicem & victoriosum , die 18. Aprilis
 Welzij Anno 1690. * Alter fatalis catus qui
 hunc annum funestavit contigit in Belgradii
 Iuctuosâ jacturâ? cuius occasio, & causa fuit
 globus igneus ab hoste injectus, qui in tur-
 rim pulverariam illapsus, discussione arcis,
 & præsidiarij militis, ex majore parte, factâ
 conquassatione, Turcarum irruptioni viam
 aperuit, quâ *Belgradum* hostis recuperavit,
 suorum quidem ad 9000. in ostiduanâ obsi-
 dione amissis, nostrorum autem ex universo
 præsidio 3220. militum non nisi 400. diffi-
 cillima fugâ elapsis, die 8. Octob. A. 1690. *
Ludovicus Badensis ad Salaneckement & Car-
 lowitz in Sclavoniâ multis Sæculis incom-
 parabili victoriâ potitur : occisis 25000. &
 Magno Vezirio, Janitscharorum, Aga, Se-
 raskier , plerisque Bassis ; Castra occupat,
 & in

AB ANNO 1600. AD 1694. 367

& in iis 154. tormenta Bellica, 10000. tentoria, copiam immensam pecudum anno næ, & reliqui bellici apparatus; 200. vexilia, 13. Caudas Equinas, Turcarum nobilissima signa, die 19. Augusti An. 1691. * Dux de Croy eodem anno subigit Brodium, die 12. Oct. & Gradiscam 18. Oct. * Heuslerus Majus Waradinum A. 1692. die 5. Junij * Venetis quoque in Morea & Dalmatia fortiter pro re Christiana militantibus varias fortuna belli victorias adnumeravit, & potuisse hic cursus Viatoriarum Christianorum, domitis omnino hostibus, optatissimam metam Pacis obtainere, nisi insperato belli incendio ex Gallia erumpente Imperium exarsisset.

Anno 1688. Rex Christianissimus copiis suis obruit Palatinatum in fine Sept. occupatâ Kaiserslutrâ, Wormatiâ, & Spirâ, Gallico præsidio firmatâ à Dauphino Philipsburgum obsidetur * Moguntia die 16. Oct. festo S. Galli, Præsidium Gallicum intromittit, Heilbronna similiter, Heidelberga 26. Oct. aliaq; loca quædam firmiora * Philipsburgum autem, post 26. dierum oppugnationem se Dauphino tradidit die 1. Nov. * Manhemium 12. Nov. & Franckenthalium 18. Nov. igne coguntur. * Confluentia fortissimè obsidionem superavit.

Factis ad Rhenum his motibus Gallicæ irruptionis, Princeps Auriacus Wilhelmus

R 2

cum

cū classe Hollandicâ 60 majoribus navigiis, 500. Pontonibus 60 minoribus, 10 incendiariis, ventis secundis, populisque faventibus solvit in Angliam 11. die Nov. An. 1688. * Regina Angliæ, cum filio *Duce de Wallis* fugit in Galliam die 20. Dec. sequitur Reginam **JACOBUS REX** die 31. Dec. * **Dux Auriacus** *Wilhelmus Rex* Angliæ proclamatur in *VVitthal* An. 1689. die 23. Jan. Coronatus **Londini** cum **Maria Conjuge suâ**, & Filia **JACOBI** expulsi die 21. Aprilis.

In Martio incipit ardere Palatinatus, & renovari Trojana excidia ad Rhenū. * **Oppenheimium** aliquot dierum incendio per partes vicatim exuritur, & funditus cum Castello *Friderigsburgo* evertitur. * **Heidelberga** ardet hostili Vulcano, Urbs tamen maiore ex parte servatur, tunc quidem, arce Electoralis, & majoribus ædificiis tantum combustis. * Incinerantur varia oppida ex parte *Heidelberga*. * non mitius æcum est in Diœcesi Leodiensi. * Die 31. Maij. Feriâ tertia Pentecostes *Spira*, *Wormatia*, & **Oppenheimium** antiquissimæ urbes, Sacris & profanis, nullo discrimine habitis, igne penitus absuntur 1689. * Eadem calamitas exceptit *Baccharacum*, *Bingam*, *Dürmsteinum*, *Pfeitershemium*, *Herrenshemium*, *Franckenthalum*, *Gernshemium*, *Ladenburgum*, *Durlatum*, *Erlingam*, *Badenam*, *Kuppenhemium*, *Pfortshemium*, & alia muris circumdata loca igni

AB ANNO 1600. AD 1694. 369

ea igni consecrata.* *Moguntia* obsidetur à Serenissimo *Carolo Lotharingia Duce & Saxo-ne Electore* d. 16. Julij, & recuperatur 8. Sept. An. 1689.* *Bonnam* interim arcta *Brandenburgicus*, donec & ipsa deditio[n]em fecit *Cæ-rolo Lotharingo* die 12. Oct.* Cruento prælio Mars Sævit Gallos inter & confœderatos Duce *Luxemburgico & Waldeckio* Prince-pe configentibus ad Oppidum *Fleury* in Belgio An. 1690. die 1. Julij.*

Dux *Sabaudiæ VICTOR AMADEUS* Confœderatorum partes amplexus, acer- rimâ pugnâ cum *Catinâ Gallorum Duce*, cedere cogitur, amissis 10. tormentis An. 1690. die 8. Augusti: exinde in totâ ferè *Sabaudiâ Galli dominantur*, vastant, diripiunt & exurunt: donec *Cæsareis* copiis restau- ratas vires iterum Dux Serenissimus oppo- suit, & agente Electore Bayaro *Maximilian: Emmanuel*: varia munita loca recepit; & *Carmagnolam* obsidione Gallis eripuit die 19. Oct. Galli econtra *Montmeliano* potiun- tibus 12. Decemb. 1691.*

CHRISTIANISSIMUS Rex ipse cum *Dauphin* suo *Namurcum* subigit obsidione fortis- simâ die 18. Jun. An. 1692. cum obsidere in- cepisset die 15. Maij.* Archithalassus Ang- licus de *Rüssl* Pugnâ navalí superat Gallos, & fortissimam ac Ornatiſſimam Classem il- lorum dissipat. 56 navigiis concrématiſ, 19. captis, 6000 pugnatorum, & nautarum,

R 3

aut

aut igne & ferro necatis, aut mari sepultis,
 & 2000 captivis, d. 29. Maij A. 1692.* pu-
 gna cruenta Luxenburgicum inter, & Con-
 federatos, quâ ceciderunt ad 8. millia Gal-
 lorum, ex quibus 8. Duces, 1300. Genera-
 les & belli Officiales numerantur. Sed &
 fœderatorum 2939. (utrimque scilicet for-
 tissimâ morte) occubuerunt, die 2. Julij A.
 1692.* fatali excidio succubuit tandem *Hes- delberga* à Gallis capta, incolis abactis dire-
 pta, accensa & incinerata die 22. Junij An.
 1693.* Iterum copiosa Christiani Sanguinis
 effusio, ferociterarma collidentibus *Luxen- burgico* Gallorum Duce, & VVILHELMO An-
 gliæ Rege ac MAX: EMMAN. Eleitore Ba-
 varo Confœderatorum Strategis. Gallorum
 20000 (quos inter 60. Generales numeran-
 tur & 3000. circiter officialium minorum)
 vitam & sanguinem dederunt, pro arena,
 quam Confœderati tandem concesserunt,
 suorum quoque strage non exiguâ lassati in-
 tutiora se recipientes die 30. Julij An. 1693.*

§. 16. Universit: & Scholæ.

MAntuana 1625. Madritana. Pa-
 derbornensis 1613. Molshei-
 mensis per Leopoldum Archiducem 1616.
 Bamberg. per Melchiorem Ottom:
 Episc: Anno 1648. Herbipolensis uni-
 versitas celebravit annum Jubilarem
 magni-

AB ANNO 1600 AD 1694

371

magnificis sumptibus & ostentuā solennitate sub *Petro Philippo* Episc. Heribolens. & Franciæ Orientalis Duce.

Anno 1682.

S. 17. Res Memorabiles.

Impostor quidam Regem *Sebastianum* se esse simulans turbat Hispaniam & Lusitaniam Anno 1600. Ex Hispania Mauri ad 900. Capitum milia pulsi, ob clancularia pacta cum hoste Christianismi 1610.* *Dervisius* quidam Monachus Zelo mirabili accensus Achmetem Turcarum Imperat. grandi lapide appetit, & prope enecat An. 1612.* Hollandi fædus cum Turcis ineunt contra Catholicos & AUSTRIACAM DOMUM An. 1612.* Protestantes ad imitationem Catholicorū primum suum Jubilæum celebrant, & hac solennitate sectæ suæ novitatem palam profitentur. An. 1617.* Tumultus in Galliâ componitur, nece *Concini Florentini* Mareschalli Franciæ; Cadaver occisi cotumeliose à plebe distrahitur. *Fridericus* Elector Comes Palatinus ad Rhenum, Bohemiæ Regem sedicit Anno 1619.* *Philippus* Rex Hisp. cum filio suo *Philippo*, & Conjuge *Elisabetha* in Lusitaniam veniens, accipit Juramentum fidelitatis à Lusitanis An. 1619.* Urbs *Breda* à *Spinola* obsessa post impensas decem millionū aureorum ab Hispanis factas eisdem tandem vitoribus se submittit A. 1624.* *Ferdinandus* II. fidem Catholicam latè per German. restituit 1625.* Titulus EMINENTISSIMUS incipit tribui Cardinalibus Romæ Confistoriali Decreto super hoc formato 1630.* *Ludovicus* Galliæ Rex natus 1639 & *Leopoldus* Imper. An. 1640.* Neapolis & totum regnum seditione succutitur; ob immoderata tributa, auctore

The-

Thoma Aniello, qui ex vili piscatore potentissimæ urbis repente Dominum se, & conjugem suam constituit, Iudicræ dignitatis Scenam per octo dies cum populi plausu lusit. A. 1647.* Hollandi pacem petunt à Rege Catholico, & impetrant, retentâ novæ Republicæ formâ post 80. annorum rebellionem Anno 1647.* *Rex Ludovicus* in Gallia victo *Condac* & *Duce Aurelianensi* Regiam auctoritatem suam Stabilitat An. 1652.* *Carolus Gustavus* Palatinus, Rex Sveciæ electus, *Christinæ* Regno se abdicante Anno 1653. Societas Jesu operâ *Alexandri VII.* Per Legatum *Carafe* in Statum Venetum gloriösè restituta An. 1657.* *CASIMIRUS* Poloniæ Rex vitam privatam ducturus renunciat regno An. 1667.* Judæi omnes Viennâ proscripti, & Synagoga eorum in templum conversa An. 1670.* Imperator undique insidiis impletus & circumdatus mirabiliter servatur erumpentibus conspirationibus. Anno 1670.* Prædicantes in Hungariâ *POSONII* Rebellionis auctores judicialiter convicti ex Regno proscribuntur: & Acatholici palam adhærent Turcis 1674.* In Anglia Rex *JACOBUS II.* feliciter supprimit Seditionem Montmutianam primariis capitibus truncatis * Nonus *Electoratus* ab Augustissimo *LEOPOLDO* institutus est, ac Serenissimæ Ducali *Domui Brunsvico-Luneburgica* annexus, cum officio ac ptærogativâ *ARCHI-VEXILLIFERIS.R.I.* Primus investiturâ Solemnissimo actu accepit Vieñæ RR. Serenissimus DD. *ERNESTUS AUGUSTUS* Episc. Osnabrugensis *Brunsvic.* ac *Luneburg.* Dux An. 1692. die 19. Decembr.* Parisiis fusa est Statua *LUDOVICI XIV.* ex æte 80000. pondo, publico monumento Regis gloria erigendo Anno 1692.* Viennæ ex mari more Pyramis erigitur ab *Augustissimo LEOPOLDO* altitudine 66. pedum artificiose figuris, Emblematis, & Angelorum Statu-
is elati-

is elaborata, incujus Summitate Imago Ss.
Trinitatis & infra eam Imperat; in Augusta-
li ornatu in genua pro voluti demissa ma-
jestate Augusta Statua: Inscriptio ad latera
Pyramidalis Colossi ab ipso Augustissimo
conscripta talis est. In prima fronte pyra-
midis: *Tibi Regi Saculorum immortali uni in
essentia, & Trino in Personis Deo infinito, bo-
no, aeterno & immenso, cujus dextera omnia
sunt possibilia: Cujus Sapientia nihil est ab-
sconditum; cujus providentia in suâ dispositio-
ne non fallitur: cujus Majestate impletur uni-
versum, cujus misericordia super omnia opera.*
In dextro latere *Tibi Sanctissima ac Indivisi-
due Trinitati Ego LEOPOLDUS humilis
servus tuus gratias ago quas possum maximas
pro averja An. M. DC LXXIX. per summam
benignitatem tuam ab hac urbe & Austria pro-
vincia dira peccis lue: atq[ue] in Perpetuam debita
gratitudinis tesseram praesens monumentum de-
missè consecro: In sinistro latere: *Suscipe Cle-
menissime Deus, servi tui demissè te adoran-
tis vota, & me, Conjugem & liberos domumq[ue]
meam populos & exercitus meos regna & Pro-
vincias continua misericordia tua protectione
guberna, custodi defende! Ita V o VI anno Do-
mini saLuatorIs nostri Iesu Christi. Perfe-
cta est hæc columna 1693. * Ludovicus XIV.
Instituit Ordinem Equitum S. Ludovici cum
reditibus annuis 300000. Livrs. Pro iis
qui belli generosis factis nomen suum Mag-
nificum**

nificum fecerint, non habitâ ratione nobilitatis, à genere, & Sanguine. Ordinis hujus Rex ipse supremus Magister est. Insigne Crux, cum Imagine S. Ludovici ad pectus gestandum è ligamine rubro. A. 1693. in Apr.

§. 18. Signa Event. Trag.

HENRICUS IV. Galliæ Rex nefario scelere Parisiis in vicò Ferroneriæ cultro confoditur anno 1610, die 14. Maij. Parricida autem die 27. ejusdem his pænis plectitur: forcipibus candentibus inuruntur mamimæ, Brachia, femora & suræ: Manus dextra, quæ cultrum tenuit igne Sulphureo concrematur. In partes forcipibus laceratas, plumbum liquefactum, oleum fervens, resina accensa, & cera cum Sulphure liquefacto infunditur. Corpus deinde à quatuor equis distrahitur, membra cum corpore igne consumuntur, & cinis in ventum dispergitur. bona ejus regio fisco addicta: Domus natalitia disturbata: Pater & Mater in exilium amandati, & nominis ejus ne mentio quidem ultra concessa.* Cometa ingens toto prope modum orbe spectatur An. 1618.* In Hispania Bœtis fluvius inauditâ inundatione Hispalim obruit.* Pestis Venetiis 60. millia, in Venetâ ditione supra 500. millia, in Lombardiâ dimidiâ, & alibi tertiam hominum partem absunit. An. 1620.* Vesuvius flammam & cineres bitumen & Saxa cum conitu & terræ motibus eiicit. 1631.* In Marchia Brandenburgicâ, & Pomerania, Sulphur & Sanguis depluit 1633. Princeps Wallensteinius Egræ è medio tollitur 1634.* Ingens Siccas 1639.* CAROLUS I. de Stuart Rex à propriis subditis Londini securi subiicitur. Memorat Anglicana historia Cromwellum ipsum sub Larvâ carnifcis officio functum esse 1649.* Cometa Anno 1652. & sequenti anno pestis & famæs.* Passavium fere

AB ANNO 1600. AD 1694. 375

fere totum incendio perit 1662.* Cometa toti Euro-
pa apparet & aliis 1665. Nicolaus Zrinus dicitur
ab auro necatus in venatione 1664. Londini 12.mil-
lia domorum conflagrant. 1666.* Pestis grassatur ad
Rhenum 1666. Terræ motus evertit Raggusam &
concutit Dalmatiam 1667.* Nova Aula Imper. Vi-
ennæ vastatur incendio 1668.* Saluburgi ruina
montis magnam partem ædium, & hominum obruit
1669.* Ætna & Vesuvius iterum vomunt incen-
dia 1679.* Gravis in Cæsarem conjuratio detegitur,
Comites Petrus Zrinus, Frangipanius, Tatten-
bachius, criminis convicti capite minuuntur 1671.*
Pestis Sava Viennam & vicinas Provincias depascit.
An. 1670.* Funestus ac prodigiosus Cometa apparet
in Festo S. Stephani, trahens post se longum Syrinx
Calamitatum. An. 1681.* Locustæ in Uckraina, Po-
dolia, Moldaviâ, Prussiâ tantum copiâ omnia depas-
cunt, ut vias multis in locis obtegerent; quando in
Septem:exanimatæ conciderunt, intolerabilem fæ-
torem Sparserunt An. 1691, & 92. Florentia Ducis
de Toscanâ Palatium conflagrat damno 200000. scu-
di 1691,* In Calabria Mons quidam se aperuit, & di-
visione facta fluuen prorupit tanto impetu & Co-
piâ, ut arbores, pecora, homines villas & pagos abri-
peret 1692. Terræ motus in diversis Provinciis 1692*

Sicilia Terræ motibus tam fortiter concussa die
II. Januar. Anno 1693. Ut tribus horis ante solis oc-
casum, intra medium quadrantem horæ decem
venustæ urbes, 40. muris vestita oppida, Castella &
arees, & plus quam 100 pagi corruerent, & aliquot
hominum Centena millia intumularentur. Paler-
mo, Messina majore ex parte diruta. Augusta mo-
tu concussa, & igne simul Cælesti in turrim pulvera-
riam illapso dissipata, cum innumera hominum mul-
titudine terrâ, cineribusque sepulta est. Syracuse
ac vestigium urbis reliquit. Catania cum omnibus

Sub.

Suburbanis viridariis, ac diætis eversa. In Summo templo hominum fere decem millia Benedictione Venerabilis Sacramenti Præstolantes, ibidem vivi sepulti sunt, illæ sacerdote qui ad altare consistens, populo Venerabile, benedicturus, exhibebat. & 400. aliis. qui in Sacello S. Agathæ divinam opem im plorabant à ruina immunibus. Noto, Uzivij Ajace, Caltagirone, Mascari, eversæ sunt supra medietatem. Occhiali, Mineo Leontini, Carlen tini, Mililli, Forredia, & Avola cum omnibus incolis in abyssum demersæ, ne urbium quidem reliquiis apparentibus. Militello Fran cofonte, Spaccafurno ostendunt adhuc rude ra. S. Croce, Vittoria, Chiaramonte, Comite, Monte Rosso, Glatzratone, la Fortza Palazzo lo, lo Cassaro, Bucheron, Nicodia, in Comita tu Modicæ Venustissima loca; Miserbiano, Felice Menta, la Morta, S. Giovanna, Galermo, la Prage, Mascalvil, Torredigrello, Botello, Peda sa, Viagrande, Trecartagne, S. Antonio, la Cadena la Palonia, Sancto Lucia, jace cum Ca stellis S. Philippo Buonacorsi. S. Gregorio il trapico, lo Punta, Tremisterij, Bello verde, Ca stello della Barcola. Omnia hæc susq; deq; versa. Benedictus Deus qui fecit, nobiscum misericordiam suam.

IVDICIA eIVs In pVnItIonlbVs fVIIs abyssVsMVLts

F I N I S.

(? (
))